UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Primam Infortiati Partem

Bartolus

Lvgdvni, 1567

Carboniano edicto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96147

Visual Library

uio ad ſecundam partem,quando duo erant nepotes,quoꝛum v-
nus erat in poteſtate, alter non,quantum conſeruabitur,vtrum
virilis,hoc eſt,quarta,vel ſeſcuncia.id eſt octaua. Dicit gl.ſeſcũ
cia, ⁊ hoc eſt verum, ſed tunc extra gloſ.dubitatur, ⁊ ſunt verba
Dyn.quare ſ.proxi. conſeruatur virilis, hic vero non? Reſpon-
det Dy.virilis debet intelligi,quod iſte excepte perſone non ha-
bent aliquid vltra,quam habet vnus,qui venit per contra tabu.
l.virilis.§.j.ſupra de legat. preſtand. ſed in primo caſu huius le-
gis ſi ſibi conſeruatur virilis, non habet plus quam haberet ille
qui venit per contra tabu.ſed hic ſi conſeruaretur ei quarta, ha-
beret plus quam aliquis ex his,qui vocantur ad contra tab.ideo
non ſeruatur quata:ſed conſeruatur ei id, quod haberet, ſi id in
poteſtate manſiſſet.Et quod haberet plus, ſi cõſeruaret quarta,
quam haberet ſi eſſet in poteſtate,probatur: filius emancipatus
cum nepote in poteſtate retento,habent dimidiam,quam partiũ
tur inuicem,⁊ ſic quilibet quartam. Si ergo iſte filius, qui non
eſſet in poteſtate,haberet quartam, iſta quarta debet detrahi tã
a patruo,quam a filio,⁊ nepote in poteſtate retento, vt infra in ſi.
⁊ ſic nepos non exiſtens in poteſtate, haberet quartam integrã,
⁊ nepos exiſtens in poteſtate haberet quartam diminutam,⁊ ſic
nepos non retentus in poteſtate, haberet plus quam aliquis ex
his,qui veniunt per contra tabu.quod eſſe non debet:ideo cõſer
uatur ei poꝛtio,quam haberet ſi in poteſtate manſiſſet. Ita dicit
Dyn. Predicta puto vera,ſi ponamus in hac lege nepotem in po
teſtate retentum eſſe preteritum: vel ſi ponamus eſſe eum inſtitu-
tum,⁊ vellet venire per edictum de coniun.omiſſ. beneficio tit. de
leg.preſtan.Sed ſi iſte nepos in poteſtate retentus eſſet inſtitu-
tus,⁊ vellet venire per edictũ de lega.preſt.vt ſibi poꝛtio cõſerue
tur,tũc ſibi, ⁊ alteri nepoti cõſeruaretur tertia, ⁊ ſic qlibet habe
ret duas vncias. Ita deberis intelligere hanc materiam. Poteſt
enim eligere iſte nepos in poteſtate retẽtus,beneficium illius edi-
cti de coniungen. ⁊ venire per contra tabu. vel eligere beneficiũ
de lega.preſtan.l.filium.§.omnibus.ſ.de lega.preſtan.

TITVLVS X

De Carboniano edicto.

¶ **Dictum eſt.** Supra de bono.poſſeſ.contra tab.
⁊ de multis edictis factis circa; il-
lud,ſed quia edictum Carbo. eſt factum circa edictum de contra
tab.ideo ſequitur iſta rubric. Querit glo.quare dicatur Carbo-
nianum edictum? Dicit gl.quia a Carboniano editum,vt in glo.
habes,⁊ bene.

LEX I.

SIcui. Iuriſconſultus primo ponit edicti na-
turam,ſecundo incipit edictũ expone-
re Secunda ibi, non tantum maſculi, ⁊c. Habetis
hic tria,quare pretoꝛ principaliter ponit edictum.
Circa iſtud principium ſunt alique gloſ.que recitãt
verba Iuriſconſulti poſita ĩ.eod. per totum titu.
Sed primo quero,vtrum iſte cui ſit cõtrouerſia,ſit inſtitutus vel
exheredatus. Dic vt ĩ.ead.l.§. Pomponius. Item dicitur hic,
controuerſia,an intelligatur agendo? Dicit gloſſ.ꝙ non,ſed tan-
tum excipiendo. Tu dic,idem eſt agendo ſiue excipiendo,ĩ.eod.l.
iij.§. parui. quod dic vt ibi, ⁊ plenius dicam ĩ.eo.l.iij.§.miſſum.
¶ Dicitur hic,controuerſia fiat, quid ſi ſit inter liberos, an hec
ſufficit? Reſpondeo,ſic, ſed debet eſſe controuerſia etiam de bo-
nis,vt ĩ.eodem l.iij.§.quamuis. ¶ Item dicitur hic cauſa cogni
ta,qualiter intelligitur? Dic vt ĩ.eod.l.iij.§.cauſe. ¶ Dicitur hic
ꝙ aduerſarius mittitur in poſſeſſionem,ſi pupillus non ſatiſdat:
quero,an ſit aliquis caſus quo aduerſarius mittitur ſi ſibi pupil
lus cauet? Reſpond.ſic,ſi aduerſarius eſt in pari gradu cum pu-
pillo,l.ſed ⁊ ſi is.ĩ.eod. Iſtam materiam de ſatiſdatione, declara
vt in d.l.de bonis.§.qui pupillo.infra eod.⁊ l.ſed ⁊ ſi is.

§.Generaliter. Opp.ꝙ iſte verſi. ſibi cõtradicat:
quia primo dicit, ꝙ datur,femi-
nis hoc edictum,⁊ poſtea dicit ꝙ illi,qui non habent contra tab.
repelluntur.ſed in teſtamentis feminarum tantum non habet lo-
cum contra tabu.l.illud.§.ad reſtamenta.ſ.de contra tab. Solu.
Intellige de feminis deſcendentibus ex virili ſexu. Item oppo.ꝙ
inſtituti ⁊ venientes ab inteſtato veniunt per Carbonianum, ⁊
non habent contra tabu.vt infra ead.l.§. Pomponius.⁊ l.ſi im-
pubes.Sed hoc ſoluit glo.⁊ bene.

i ☞ Patris aſſertio aſſerentis aliquem non eſſe ſuum filium,
non nocet filio.

a **§.Siquis.** [a] Hic declarat illud quod dicit,cõtrouer-
ſia fiat, ſcilicet a quo ſit. Nam ſupra in
verſi.generaliter.declarauit illud verbum ſicut ſit controuerſia.
i No.tex.ibi, cum ⁊ ſi teſtatoꝛ,⁊c. Ex quo† habes, quod licet pa-
ter dicat aliquem non eſſe ſuum filium,non nocet filio.vt hic:ſicut
nec dictum matris,l. Imperatoꝛes.§.mulier.ſ.de proba.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si quis. De quo vide Bartol. in l. filium. de his qui
ſunt ſui vel alien.iur.

i ☞ Carbonianum nõ habet locũ ſi defunctus dicatur ſeruus.

§.Sed ⁊ ſiquis. Hic §.reſpicit illud verbum, in-
ter liberos poſitum ſ. ead.l.in
princ. No.tex.ibi,nam vel magis. Item no.tex.ibi,ſed ⁊ ipſe defun
i ctus,⁊c.Ex quo habes, ꝙ ſi defunctus dicatur eſſe ſeruus habet
locum Carbonianum.Et videtur mihi, ꝙ contra iſtum tex. in l.li
ber.C.de peti.he.de quo dic vt dicam ĩ.eo.l.iij.§.miſſum.

§.Pomponius. No.ex hoc §. ꝙ ei qui habet bo-
noꝛum poſſeſſionem ſecundum
tab.non datur Carboniana. Secundo no.differentiam inter iam
natum,⁊ poſthumum. Ratio differentie eſt,vt in gl.diciturquod
bene,declaratur in l.ij.C.de edi.di. Adria.tol. ¶ Quero,quid ſi,
⁊ an ille ſic filius inſtitutus dubitatur, vt quia aduerſarius ne-
gat eſſe illum,quem teſtatoꝛ inſtituit tanquam filium,an habeat
a locum Carbonia. Reſpon.ſic,[a] quia eadem eſt ratio,que eſt in po
ſthumo,vt ĩ.eod.l.iij.§.quamuis.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Reſpon.ſic. Adde Bald.in l.j.C.eod.

a **§.Idem ait.** [a] Vides hic, ꝙ ſi aliquis exheredatur
tanquam non filius, exheredatio non
valet.Sed contra,in l.iij.in princip.ſ.de libe.⁊ poſthu.dicit gloſ.
exheredatio non valet, ſcilicet ſi probet ſe filium, interim valet.
Certe ſatis poteſt ſubſtineri ⁊ ſufficit ꝙ probet ſe filium ſemi-
plene,vt ĩ.eod.l.iij.§.cauſe.quo probato,datur Carboniana poſ-
ſeſſio,vt hic.quantum ad alia valet exheredatio, vt l.iij.in princi.
⁊ ibi not.ſ.de libe.⁊ poſthu.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Idem ait. Adde Bald.in l.j.C.eod.⁊ in d.l.iij.

§.Siquis filium. Hic incipit Iuriſcõſultus
declarare illa verba,que di-
cunt,ꝙ controuerſia differri debet in tempus pubertatis, quid
intereſt? Hic Iuriſconſultus reſpondet,vides in lege noſtra, ꝙ ſi
quidem ſit contentio de bonis tantum.non habet locum Carbo-
niana:ſecus ſi de bonis ⁊ ſtatu,quia tunc ſic. ¶ Quero ſi teſta-
toꝛ inſtituit filium non vt filium,an teſtamentum valet? Reſpon.
ſic,quia valet exheredatio ſic facta, multo magis inſtitutio, l. iij.in
prin.ſ.de lib.⁊ poſth. Hoc premiſſo aduerte ad iſtũ §. quod iſte
filius dicebat ſe heredẽ ab inteſtato,ſi inſtitutio valet. Foꝛte hoc
erat, quia erat inſtitutus ex vncia, vnde ſecundum iura antiqua
non poterat agere ad ſupplementum,ſed poterat rumpere teſta-
mẽtum.l.cum queritur.⁊ l.omni modo.C.de inoffi.teſt. Vel.dic,ꝙ
dicebat teſtamentum nullum,non tamen dicebat bene. ¶ Item
oppo. quando iſti coheredes negant eum filium, videtur ꝙ non
habeat locum Carboniana,quia ſit cõtrouerſia de ſtatu tantum
non de bonis,quia bona ſunt ſibi relicta tãquam extraneo,⁊ ceſ-
ſat Carboniano,vt ĩ.eod.l.iij.§.quamuis. Reſpon.imo faciebant
controuerſiam de ſtatu ⁊ de bonis,dicentes non eſſe filium ⁊ ſibi
relictum,tanquam filio,merito ſi non eſt filius,inſtitutio non va-
let,l.ſi pater.⁊ l.nec apud.C. de her.inſti. Vel foꝛte tenebant eum
filium,⁊ dicebant relictum ſibi factum eſſe perditum, ex eo quod
teſtamentum dixit nullum tamen illa allegatio non eſt bona, vt
dicitur,⁊ probatur ſ.de his qui.vt indi.l. poſt legatum.in princ.
Item dicitur hic,ꝙ ſi heres contendit teſtamentum valere, non
habet locum Carbonian. Sed certe quatenus contendit valere,
non negat eum filium,nec eſt contentio de bonis:quia ſi dicit te-
ſtamentum valere, etiam per conſequens dicit ſe velle dare reli-
ctum illi filio. Reſpon.licet concedat teſtamentum valere, tamen
dicit relictum illi filio non valere, dicenti teſtamentum nullum.
Vel aliter eſt contentio de bonis,nõ de eo quod filio eſt relictum,
ſed de eo quod vltra petit,dicendo teſtamentum nullum,nõ tamẽ
queſtio differtur,quia eſt queſtio de bonis tantum,non de ſtatu.

§.Simater. Iſte §. habet quatuoꝛ partes no.ſi ſta-
tus pupilli reuocatur in dubiũ, differ-
tur queſtio ſtatus, ſed ſi redarguitur mater. tunc ſecus, vt hic.
¶ Oppo.de primo reſponſo ad ſecundum. In primo queſtio dif
fertur,in ſecundo non. Gl.ſoluit in primo dicto, ꝙ fiebat queſtio
matri,⁊ puero ſimul:ſecundo matri tantum, hoc videtur tenere
Iac.de Are. ⁊ Dy. Vel aliter,in primo reſponſo fiebat queſtio
puero tantum,⁊ non matri,in ſecundo reſponſo matri tantum, ⁊
non puero. Iſta eſt ſecunda lect.gl.⁊ hoc videtur tenere Roſ.in li
bellis ſuis ſuper hoc tit. Intelligit enim primum reſponſum, ꝙ
fiebat queſtio pupillo,⁊ faciendo queſtionem pupillo, per quan-

dam conſequẽtiam fit matri. Et hoc vult dicere tex. in prin. dum
dicit mater ſubiecti partus arguatur. ꝛ c. in ij. reſponſo, mater
principaliter accuſatur. Ita dicit Roſ. Uidete, iſta opi. non vide
tur eſſe vera, quia antequam mater accuſetur, ꝛ conuincatur,
non poteſt iſta queſtio moueri puero, vt j. l. proxi. non ergo proce
dit dictum Roſ. ꝙ per quandam conſequentiam fiet queſtio ma-
tri. Subſtinendo Roſ. dic, ꝙ iſta exceptio, ꝙ prius debeat fieri
queſtio matri, non opponebatur, ꝛ ſic iudicium procedebat, l. j. ꝛ
quod ibi not. C. de appel. ꝛ l. ij. C. communi diui. ꝛ quod ibi not. ꝛ
l. ſi mancipium. ſ. de euic. Ita poteſt ſubſtineri Roſ. tamen diui-
natio eſt. Sed tenendo aliam opi. quã tenet Dy. ꝛ Iaco. de Are.
remanet dubium quomodo poterat ſimul ꝛ ſemel fieri queſtio
matri ꝛ puero, cum accuſatio matris ſit queſtio criminalis, ſcili-
cet leg. Cornelie de fal. l. j. C. de fal. ꝛ queſtio pupilli ſit ciuilis, ꝛ ſic
debent diuerſos iudices habere. l. ſolemus. §. latrunculator. ſ. de
iud. Poſſumus dicere, ꝙ contra matrem agebatur de falſo ciui-
liter, ꝛ petebatur pronunciari partum eſſe ſuppoſitum ciuiliter,
ſi ad hoc requirebatur pupillus ꝛ eius adminiſtratores: vnde ſi-
mul ꝛ ſemel iſtud iudicium agitabatur, merito debet differri, vt
hic. Sed in ſecundo reſpon. mater criminaliter accuſabatur, ideo
ſtatus pupilli non tangebatur ꝛ hoc innuit tex. hic. Nam in prin.
tex. dicit, mater arguatur, nec dicit quomodo, ciuiliter vel crimi-
naliter, licet gloſſ. dicat criminaliter. ſed in ſecundo reſpon. dicit,
rea poſtulatur, ꝛ ſic accuſabatur, ideo queſtio non debet differri.
Contra, quia queſtio debet differi, quando mater ſola poſtulatur
rea, vt j. eo. l. iij. §. ibidem. Solu. hic loquitur quando mater erat
maior. xxv. an ſecus ſi minor, arg. d. §. ibidem. ꝛ quod no. j. eo. l. ſi
impubes. §. ſi mater. ¶ Reaſſume ergo ſic omnia predicta. Quã
doqꝫ fit queſtio pupillo tantum, quandoqꝫ matri tantum, quan-
doque vtriqꝫ. Primo caſu differtur cauſa ſtatus, vt hic in princ.
ſecundum vnam lect. ꝛ per totum titu. iſtum. Secundo caſu non
differtur, ꝛ hoc in ver. cũ vero, niſi ſit minor vel grauida. vt j. dice
tur. Tertio caſu, quando fit queſtio vtrique, qualiter procedat,
vt ſ. dixi. Aduerte, aut mater eſt minor, ꝛ differtur queſtio reſpe-
ctu vtriuſqꝫ, vt j. eod. l. iij. §. ibidem. ꝛ quod no. j. eo. l. ſi impubes.
§. ſi mater. Aut mater erat maior. ꝛ tunc reſpectu filij differtur,
ſed reſpectu matris differri non debet, argu. iſtius §. in verſi. cum
vero. Ita videtur etiam intelligere Cy. in l. j. C. ad leg. Corne. de
fal. in ſecunda oppo. licet non ita plene dicat. ¶ Oppon. etiam
quãdo mater ſola arguitur per accuſationem, videtur ꝙ debeat
differri queſtio ſtatus, l. ſi ventris. ſ. de ven. in poſ. mit. Solu. Di
cunt quidam, ꝙ illa debet intelligi ſecundum precedẽtem diſtin-
ctionem, ꝙ ibi accuſabatur mater de adulterio ad impediendum
partum. Hec ſolu. non procedit, quia ſi accuſatio eſt criminalis
non poteſt ſimul ꝛ ſemel dirigi contra matrẽ ꝛ partum, quia di-
uerſa ſunt iudicia. ꝛ debet a diuerſis iudicibus agitari. Quare
dic, ꝙ ibi accuſabatur mater ſola, fiebat tamen preiudicium par-
tui futuro: ſed hic fiebat preiudicium partui iam nato. Et eſt ra-
tio ſicut enim cum mater eſt minor, queſtio differtur, vt dixi ſ. ita
etiam quando eſt grauida debet differri, quoniam non poteſt ita
ſufficienter defendere. Item eſt ratio, quia magis fauemus par-
tui naſcituro quam iam nato, l. j. §. ſi ea. ſ. de ven. in poſ. mit. Hoc
1 videtur tenere Roff. ſuper iſto titu. ¶ Item dicitur hic in fin. † ꝙ
ſententia lata contra matrem preiudicat partui. Contra, C. ad le.
Corne. de fal. l. j. Solu. Intelligit gloſſ. ꝙ iſte verſatur ad primum
caſum, quando agebatur contra matrem ꝛ pupillum ſimul, ꝛ ſic
ſententia fuit lata contra pupillum. Ita dicit gloſ. ꝛ bene. Alij di
cunt, ꝙ etiam quando ſententia eſt lata contra matrem, preiudi-
a cat filio[a] quo ad probationem, l. j. §. ſi cui. ſ. de ven. inſpi. ꝛ ꝙ not.
in l. edictum eod. titu. Uidete, quod dicitur, ꝙ factum matris pre
iudicet pupillo, vel filio quoad onus probationis, eſt verum fa-
ctum matris non obſeruantis ea, que dicuntur in illo titulo de
ven. inſpi. non autem factum matris ſuccumbentis in cauſa, vt
hic, ꝛ hoc puto verum. Uel aliter, factum matris non nocet filio
in cauſa principali. l. j. C. de fal. alias ſic. Sed non placet, quare te
ne primam ſol. quam dedit tangitur etiam per Cy. C. eod. l. j. in ij. q.
Et faciunt predicta ad q. quam diſputaui, an ſententia lata con-
tra filium pro maleficio, ſufficiat, vt fiat executio contra patrem?
Dic vt in diſputatione mea, ꝛ plene ſcripſi in l. cum filius. j. de
verb. obl.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Preiudicat filio. Uide Anto. in c. pe. de reſtit. ſpol. ꝛ
in c. cauſam. el ij. qui fil. ſint legi.

LEX II.

1 ☞ Actio ciuilis ꝛ criminalis quando competit contra aliquem,
an ſit neceſſe ꝙ prius agatur criminaliter, quam ciuiliter.

Licet mulier. Donec viuit aliquis ex parti
cibus criminis, non poteſt
agi ciuiliter de crimine contra tertium. hoc dicit. no. lex,
1 † ꝛ ſic habes, ꝙ non eſt in poteſtate mea, velim agere ciuiliter.
Contra C. quando ciui. actio cri. preiu. l. j. Solu. Dicit Iaco. de
Are. ꝛ bene, ꝛ multum no. ſi contra crimino ſum ego volo agere
poſſum eligere an velim agere ciuiliter, vel criminaliter, l. j. C. quã
do ciui. act. cri. preiu. ita dicit ipſe. Adde, niſi in caſu homicidij.
quia per ciuilem actionem in vna cauſa non debet preiudicari
Cornelie de ſica. criminali. l. pretor edixit. §. j. j. de iniur. ſecundum
lectu. Iac. de Are. Si vero volo agere criminaliter contra tertiũ,
non poſſum agere ciuiliter contra tertium, vt hic ꝛ l. j. C. vbi cauſe
fiſcales. ꝛ refert Cy. latius in l. vltima. C. de fide inſtru.

LEX III.

Carbonianum. In tex. ibi, in ſecũdum
tab. id eſt in bonorum
poſſeſſione ſecundum tab. Dicitur hic. ꝙ poſthumo
inſtituto, licet habeat ſecundum tab. poteſt etiam ha
bere locum hoc edictum. Sed quid ſi iam natus eſt inſtitutus?
Dicit gloſſ. idem ſi hec duo negentur. Sed gl. j. proxi. §. facit dif-
a ferentiam inter poſthumum, ꝛ iam natum, ꝛ idem videtur[a] face-
re text. ſ. ea. l. j. §. Pomponius. quid dicemus? Dico, ꝙ idem in
poſthumo: quia nego eum eſſe inſtitutum, ꝛ quia nego iſtum eſſe
illum, quem teſtator inſtituit vt filium: non obſtat §. Pompo-
nius. quia ibi denotat facti accidentiam, quia raro contingit il-
la contentio, ꝙ teſtator errauit in corpore: ſed ſi hoc contingeret,
verum diceret noſtra gloſſ. Dicitur hic, in fideicommiſſo ꝛ legato
habet locum Carbonianum. qualiter intelligatur? Dicit gloſſ.
duobus modis. Tene primam, que eſt vera.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Et idem videtur. Uide Barto. in l. prima. §. Pom-
nius. ſ. eod. ꝛ Bald. in l. j. C. eod.

§. Quamuis. Oppo. dicitur hic, quod ſcripto he-
di non datur Carboniana, contra ſu-
pra proxi. Dicit gl. hic in iam nato, ibi in poſthumo: vel etiam in
iam nato eſſet idem, quando eſſet contentio de ſtatu perſone, vt
ibi dixi. ꝛ hic debet intelligi quando de ſtatu perſone non eſt con-
tentio, ꝛ ideo quia habet poſſeſſionem ordinariam, non recurri-
tur ad iſtam l. quamuis. C. de edicto diui Adria. tollen. ꝛ l. j. ꝛ l. ij.
quorum bonorum. Item oppon. j. eod. l. de bonis. §. ita demum.
Solue vt ibi. ¶ Quero quando mouetur queſtio ſtatus tãtum,
an differatur queſtio bonorum? Reſpon. non, quia quando mo-
uetur queſtio ſtatus tantum, non bonorum, ad quid differtur,
cum non ſint inuicem preiudiciales?

a **§. Puberi.** [a] Nota quod decretum ſurreptitium
non valet, l. cum vero, §. ſubuentum. in-
fra de fideicommiſ. lib. ꝛ l. magis puto. §. pen. ſ. de reb. eorum.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Puberi. Et iſtum tex. alleg. notab. Bald. in l. j. ad fi-
nem. C. de curato. furio.

1 ☞ Exceptio, dolo facis, petere quod reſtiturus es, habet lo-
cum in poſſeſſorijs adipiſcende, in alijs poſſeſſorijs non.
2 Procurator preſumitur ille, penes quem ſunt inſtrumẽta cauſe.
3 Semiplena probatio quando ſufficiat in cauſis ſummarijs.

§. Cauſe. Hic incipit exponere illa verba, cauſa cogni-
ta, que bis in edicto poſita fuerunt. Oppo-
citur hic, quod debet cognoſci ſummatim. Contra. C. eo. l. ij. Sol.
Illa ſecundum iſtam debet intelligi, ꝙ cognoſcetur ſumma-
Item dicitur hic, ꝙ ſummatim cognoſcitur, contra, in l. iuris.
C. de iud. Sol. Speciale eſt hic, vt plene no. in l. iij. §. ibidem ad
exhib. ¶ Item oppo. dicitur hic. ꝙ poteſt opponi puero peten-
1 Carbonianam, tu non es filius, Contra † in poſſeſſorijs non ha
bet locum regula. dolo facis, quia petis, l. ſi quis ad ſe fundum. C.
ad le. Iul. de vi. ꝛ plene no. in l. j. §. j. j. de vi ꝛ vi arma. Sol. in poſſeſ
ſorijs recuperande non habet locũ regula illa, ſed in poſſeſſorijs
adipiſcende habet locum, de quo plene in l. dolo. j. de do. except. ꝛ
plene dixi in l. ſi ſocer. §. Lucius. ſ. ſol. matri. ¶ Item dicitur hic.
ꝙ cum eſt dubium de mandato, admittitur cautio de rato: quo-
a to qualiter intelligitur[a] dubium de mandato. Dicunt quidam,
2 quando ille, † qui dicit ſe procuratorem, habet aliquid modicum,
ſaltem ꝙ faciat pro eo: quod mihi multum placet. ꝛ gloſ. eſt iuris
Canonici que dicit, ꝙ ſi apud aliquem reperiuntur inſtrumenta
cauſe, eſt preſumptio quod ſit procurator, vt no. in c. primo. de
procu. ꝛ dixi in l. vulgo. ſ. de adminiſt. tuto. ꝛ de hoc not. per doct.
C. de proc. l. j. ꝛ §. non ſolum. §. qui alieno. ſ. de procura. ¶ Item
3 not. hic. † quod in cauſis ſummarijs, ſufficit iſta probatio ſemi-
b plena[b] ita quod inducat preſumptionem, ꝛ hoc intellige in cauſis
ſummarijs. in quibus preiudicium modicum paratur, tũc enim
ſufficit ſummaria cognitio, que preſumptionẽ implicat. Si enim
paratur magnum preiudicium, tunc requiritur plena cognitio,
ſed dicitur ſummaria, quia dantur breuiores dilationes, ꝛ ſic nõ
ad probationem dicitur ſummaria, ſed quia dantur dilationes
breuio

breuiores. Ita no. Dyn. in l. j. §. fin. ſ. de preto. ſtip. ⁊ ita debet in-
telligi. c. j. ſepe contingit. de verb. ſign. in Clemen. Facit ad predi
cta. ſ. proxi. §. ⁊ quod dicetur ibi.

ADDITIONES.

a ALEX. ❡ Qualiter intelligitur. Qualiter dicatur dubium de
mandato, adde Bald. ⁊ Imo. in l. Meuia. ſolu. matr. per glo. in c.
coram. de offic. dele. ⁊ in l. fi. de pac. conuen.
b ALEX. ❡ Probatio ſemiplena. Adde Bart. in l. iudices. C. de
iudi. ⁊ latius in l. j. §. fin. ſ. de preto. ſtipu.

1 ☞ Practica materie Carbo. ⁊ pro libello. nu. 3.
2 Mater in cauſis ſtatus ⁊ ad ſtatum pertinentibus pro pupillo teſtificatur.
3 Tutor quando pro pupillo teſtificetur.
4 Teſtes examinari ⁊ publicari ad eternam rei memoriam quando quis facere poſſit.
5 Infamis de facto non repellitur a teſtimonio, ſed minus ei creditur.
6 Teſtis conditio quoad teſtificandum quo tempore attendatur.
7 Teſtis qui tempore teſtamenti erat bone conditionis, ſed tempore redditi teſtimonij erat infamis, vt probet, quod tempus attendatur.
8 Teſti deponenti de facto longinquo non ita creditur, ſicut de propinquo.
9 Teſtes ad eternam rei memoriam examinari poſſunt ſuper eo quod de facili poteſt tradi obliuioni.
10 Iudex qualiter pronunciabit ſuper Carbo. edicto, ⁊c.

§. Due autem ſunt cauſe. Nota text. ibi finge eſſe te-
1 ſtes, ⁊c. Primo quero practicam † huius materie. Reſpō. ad hoc
vt beneficium huius edicti competat, oportet quod prius con-
trouerſia ſtatus fiat, vt ſ. eo. l. fi. Practica ergo erit iſta, ſi poſſidet
pupillus, tunc ſi alius agit contra eum dicens eum nō eſſe filium,
⁊ ipſum eſſe proximiorem conſanguineum, tunc pupillus exci-
piendo peteret ſe tuendum in poſſeſſione, ⁊ queſtionem differri,
vt ſ. ea. l. §. miſſum. ⁊ l. j. C. eod. tit. ſecundum vnam lectu. Si vero
non poſſidet, tunc primo ipſe debet petere agendo petitorio, vel
poſſeſſorio, ſecundum que dicam in §. miſſum. Et aduerſarius di-
cet eum non eſſe filium, omiſſo primo iudicio, dabit de nouo libel
lum ⁊ peteret Carbonianam, ⁊ queſtionem ſtatus differri in tem
pus pubertatis, ⁊ erit forma libelli iſta. Cum ego ſim filius talis,
⁊ mihi inferatur queſtio ſtatus ⁊ bonorum, peto me poni in poſ-
ſeſſione ex Carboniano edicto ⁊ queſtionem ſtatus differri in tem
pus pubertatis. ita format Ro. Vel vt puto, erit melius, vt non
petatur preciſe, vt queſtio ſtatus differatur in tempus puberta-
tis: ſed ꝙ pretor cognoſcat ⁊ pronuntiet differendam, vel non,
prout vtilius eſſe pupillo iudici videbitur. hoc autem probatur
per ea que ſ. dicam. Opp. dicitur hic, ꝙ due ſunt cauſe cognitio-
nis, vna ſummaria, alia plenaria. Contra, imo prima videtur ple-
naria, l. vbicunque. §. j. de ven. in poſſeſſio. mitten. Sol. ibi eſt ple-
naria, non ideo quia fit immiſſio, ſed ideo quia venit examinan-
dum, an queſtio ſtatus ſit differenda, vel non in tempus puber-
2 tatis. vnde hic text. illum declarat. ❡ Quero, quomodo mater
admittitur ad teſtificandum pro pupillo: contra l. parentes. C.
de teſti. Solu. Speciale eſt in cauſa ſtatus, ⁊ in cauſis pertinenti-
bus ad cauſam ſtatus, l. ſi arbiter. §. fi. alias eſt in l. Imperatores.
ſ. de prob. ❡ Item dicit hic, ꝙ tutores, ⁊c. Contra in l. fin. ſ. de te
3 ſtib. † vbi tutores qui agūt cauſam, non poſſunt eſſe teſtes in ea-
dem cauſa. Sol. Poſſumus dicere. ꝙ loquitur de alijs tutoribus,
quam qui agant cauſam ſtatus. Vel dic ſpeciale eſt in cauſa ſta-
tus ⁊ in cauſis pertinentibus ad cauſam ſtatus. Sed prima opi-
nio plus placet. Item quero, quomodo iudex debet hic inueſti-
gare a tutoribus, ⁊ a matre, nonne hoc eſt contra pupillū? Si enim
formatur libellus, vt dicit Rofr. ꝙ petatur q. ſtatus differri, quo
modo admitteretur contra pupillum eorum teſtimonium. contra
l. lege Iulia. ſ. de teſtib. Dic quod forte petet aduerſarius que-
ſtionem differri in tempus pubertatis, non tutor. vel mater. Hoc
non poteſt eſſe verum. quia qui cauſam ſtatus infert, non poteſt
petere, vt differatur ille, cui infertur, vt infra eadem l. §. diuus.
quid dicemus? Reſpond, putarem libellum non eſſe formandum
vt tutor petat in libello preciſe, cauſam ſtatus differri: ſed petat
cognoſci, an debeat differri cauſa ſtatus, ⁊ petat pronunciari
quod eſt vtilius pupillo, vt ſupra dixi. Pro hoc facit hic text. in
fine verſicu. diuus. ibi, tutores eorum iudicio experiri volunt. ⁊
ſic nō petunt dari dilationem. ſed de hoc cognoſci. Vel ſi vis di-
cere, quod petat differri preciſe, dic quod iudex non debebat da-
re, niſi inquiſitione facta prout hoc §. dicitur. Non obſt. text. qui
dicit, tutores experiri volunt, quia ibi loquitur de alijs tutori-
bus, hic de his qui cauſam agunt. Sed precedens opinio proxi-
me dicta plus placet. ❡ In textu ibi, inſinuare, ⁊c. Et ſic non pe-
rirent probationes, vt in authenti. de teſtibus. §. ⁊ hic vero, quia
multoties poſita C. de teſtibus. authentica, ſed ⁊ ſi quis. Dicit
gloſſ. quod iſte rationes poſite in textu non ſint hodie ſufficien-
4 tes. videte, ſi pupillus † poſſidet, iſta gloſſ. dicit veritatem quia
reo ad probandas ſuas rationes datur beneficium vt poſſit pro-
ducere, ⁊ petere examinari, ⁊ publicari ad eternam rei memo-
riam, vt preallegatis iuribus, ⁊ hac gloſſ. ⁊ leg. vltima. C. de vſu.
pup. Si vero petit, ⁊ non poſſidet, ⁊ ſic ſuſtinet partes actoris,
tunc nō habet beneficiū, vt poſſet petere examinari: ⁊ publicari,
ſed poteſt petere examinari tantum, non publicari, cum timet de
morte teſtium, vel eorum abſentia diuturna, vt in capitu. quo-
niam frequenter. extra, vt lit. non conteſta. ⁊ hoc, ſi poteſt incon-
tinenti agere: ſecus ſi non poteſt agere incontinenti, vt quia ha-
bet ius agendi conditionale, tunc poteſt petere examinari ⁊ pu-
blicari ad eternam rei memoriam, lege in lege Aquilia. ſi dele-
tum, ⁊ ibi plene ſolet dici ſupra ad legem Aquiliam. Alterius
quero, quomodo poteſt dici, quod propter temporis interual-
lum non habeant eandem fidem? Dicit gloſſ. quod contingit
duobus modis. Vno modo, quia efficiuntur infames de iure, vel
de facto, ⁊ ſic non habetur tanta fides, quia inſpicitur tempus
redditi teſtimonij, lege tertia, ſupra de teſtibus. ❡ Circa hanc
5 queſtionem † quero, vtrum infamis de [a] facto repellatur a feren-
a do teſtimonio? ⁊ videtur text. ꝙ ſic, in l. Caſſius. ſ. de ſena. ſed gl.
hic nō dicit ꝙ repellatur, ſed minor fides adhibetur, ⁊ verū dicit
iſta gl. quia minus creditur, ⁊ tunc in ſubſidiū creditur ei, ⁊ tūc cum
tormentis, vt in authen. de teſti. §. ſi vero ignoti. ⁊ ſ. de teſti. l. ſer-
ui. ⁊ l. ob carmen. §. penultimo. Non obſtat l. Caſſius. quia infa-
mes de facto repelluntur a dignitate non a teſtimonio. ❡ Sed
6 quero, quo † tempore debet inſpici fides, ⁊ conditio teſtis, an tem
pore quo negotium geritur, vel tempore quo redditur teſtimo-
nium? Dic ꝙ tempore quo teſtimonium redditur, vt hic, in textu
in gloſſ. In contrarium videtur text. ſ. de teſt. l. ad teſtium. §. j. ⁊ l.
j. C. de teſta. ⁊ ibi no. glo. volens ſoluere iſtud contrarium: in legi-
bus contrarijs videtur dicere, ꝙ intelligatur de teſtibus, qui in
iudicio non habent neceſſe aſſiſtere, quia ſunt aſcripti in inſtru-
b mento publico, vel alias non eſt neceſſe quod de nouo deponant [b]
ita no. in l. j. C. de teſta. Licet hoc ſit ſatis probabile: tamen dic,
Quandoq; teſtis mutat conditionem ſui culpa, vt quia propter
delictum efficitur infamis, ⁊ tūc habet locum hec gl. ꝙ inſpicitur
tempus redditi teſtimonij. Quandoq; mutat conditionem abſq;
ſui culpa, vt quia credebat ſe liberum tempore teſtamenti. poſtea
detegitur ſeruus, ⁊ tunc inſpicitur conditio teſtis tempore quo
negotium geritur, ita loquitur l. j. C. de teſtament. Ita tenet Azo
7 in ſumme. de teſtamen. ord. circa fin. quod tene menti. Sed † ſi te-
ſtis tempore teſtamenti erat bone conditionis, ⁊ tempore reddi-
ti teſtimonij erat infamis, quod tempus inſpicitur? Dixi in l. dam-
8 ni. §. Sabini. infra de damno infecto. ❡ Secundam † ſolut. dat
gloſſ. quod poteſt hic contingere, ſcilicet quod teſti non adhibea
tur tanta fides propter temporis prolixitatem, quia non ita cre-
ditur teſti de facto longinquo, ſicut propinquo. Pro iſta opinio.
facit in authen. hec conſtit. innouat conſt. Facit, quod no. in l. cen
ſus. ſ. de probat. ⁊ hoc videtur tenere Specul. in titul. depoſiti. §.
Sexto. ver. ſed nunquid, quod intelligitur vt not. per gloſ. de ver-
9 bo. ſignifica. l. notionem. §. inſtrumentorum. Et † predicta faciunt,
quod quando eſt negotium quod de facili poteſt tradi obliuioni, iſta
cauſa eſt, quod teſtes examinētur ad eternam rei memoriam, ne obli
uiſcantur: hoc tangit gloſ. bene in c. quoniam frequenter. extra vt
10 lit. non conteſtat. ❡ Quero, † qualiter pronunciabit iudex ſuper
iſto edicto, cum ſimul ⁊ ſemel petatur Carboniana poſſeſſio, ⁊ vt
queſtio differatur in tempus pubertatis, vel differenda cognoſca
tur, ⁊ vna eſt ſummaria, ⁊ alia plenaria, quomodo vna ſententia
determinentur? Reſpon. Illud quod hic dicitur de ſummaria co
gnitione, debet intelligi quantum ad informationem iudicis per
preſumptionem ſolam, in alia dicitur cognitio plenaria quantum
ad informationem iudicis per veritatem. Sed vtraque vno reſpe
ctu poteſt dici ſummaria, quia in vtraque breues dabuntur dila
tiones, ⁊ ideo vtraque dicitur ſummaria, vt dicitur in ca. ſepe. ex-
tra, de verbo. ſignifica. in Cle. ⁊ ideo ambo iſta capitula poterunt
vna ſententia determinari: vel ſuper vna pronunciabitur, ⁊ ſu-
per alia que requirit plenam cognitionem, reſeruabitur. l. ille a
quo. §. ſi teſtamento. ſ. ad Trebellia. cum ſint diuerſa capitula. er
go ſuper vna poteſt pronunciari, ſuper alia reſeruari. l. etiam. §.
primo. ſ. de minor. quod dici conſueuit C. ſi aduer. rem iudi. l. ij. te
ne menti iſta.

ADDITIONES.

a ALEX. ❡ Quero vtrū. Vtrū infamis repellatur a teſtimonio, vide
Bal. in c. j. an remo. debe. teſtes qui pares eſſe deſierūt. ⁊ Bar. in
l. cunctos populos. C. de ſum. tri. Adde, tū ꝙ ſemper facit ſaltem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

iudicium, vt not. Bartol. in l. maritus. ȷ̄. de queſtio. ⁊ vide not. in c. preterea, de teſt. cog. ⁊ quod ibi per Imol.

b ALEX. ¶ Alias non eſt neceſſe quod de nouo deponant. Adde Bal. in c. j. an remo. de teſti. qui pares eſſe deſie. ⁊ quod not. Bar. in l. j. §. ſi ſeruus. queſtio. ⁊ omnino Bald. poſt. Bartol. ⁊ alios in l. j. de teſti.

1 ☞ Accuſata de adulterio, ⁊ abſoluta non poteſt ab eodem ſeu ab alio ſuper eodem accuſari ab alio, ⁊ de alio ſic.

§. Si mater. Oppo. ꝙ matris abſolutio proſit par tui, l. denũciaſſe. §. queritur. ȷ̄. de adult. Gloſſ. non ſoluit. Sed dic, illud eſt verum, quando de eodem facto ageretur contra filium, de quo mater eſt abſoluta: hic vero de alio facto agitur contra filium. Uel aliter, quod ibi dicitur, eſt ſpeciale in adulterio propter ſequens matrimonium, cui leges multum fauent: alias ſecus. Hanc opi. tenent doc. ⁊ Cyn. refert C. ad l. Cor. de fal. l. j. in ſecunda queſtione. ¶ Querit gl. †vtrum mater, que ſemel obtinuit, poſſit iterum accuſari de adulterio? Dicit gl. ꝙ ſic, non tamen de facili, l. ſi cui. §. iiſdem, ȷ̄. de accu. Quod intellige de eodem crimine, ⁊ ab eodem, vel de alio, ⁊ ab eo, qui in primo fuit calumniatus: alias nihil repugnat quod non poſſet accuſari.

§. Si is, qui. Opp. dicitur hic ſecundum diuerſas literas, vna enim negat, alia non negat. Solu. vtraqȝ ſuſtinetur: vna non negat, ⁊ iſta eſt plana. Alia enim negat, ⁊ tunc dic, negat eum, ſcilicet ſolum: ſed non negat eum, ſcilicet filium cum alio. Item hic innuit, ꝙ non habet locum Carbonianum, niſi quando eſt contentio de bonis paternis. Contra ȷ̄. eo. l. de bonis. in princip. Dic vt in gloſſ.

§. Ibidem. Oppo. ꝙ per iſtud quale quale preiudicium quod pupillo poſſet fieri in cauſa ſtatus ex perſona alterius non debeat differri queſtio, vt ſ. eo. l. j. §. fi. ⁊ ȷ̄. eodem, l. Titia. Solue quod iſte conſors erat minor. xxv. annis vnde de facili poſſet ledi: ſed in cõtrariis erat maior ille qui habet cauſam preiudicialem ad iſtam. Ita no. ȷ̄. eod. l. ſi impubes. §. ſi mater ⁊ dixi ſ. eo. l. j. §. fin.

§. Parui refert. Oppo. ȷ̄. ead. l. §. miſſum. Sol. dicit gl. hec debet intelligi ſecundum illam, quando pupillus agit poſſeſſorio, non petitorio. Tu dic, ꝙ hoc poteſt intelligi etiam quando agit petitorio, vt ibi dicam incontinenti.

1 ☞ Dictio ⁊, eſt implicatiua.

§. Si duo. Glo. ponit hic cauſam. Ad petitionem impuberis inferentis controuerſiam ſtatus, non debet in tempus pubertatis differri, ſed ad petitionem impuberis patiẽtis hoc dicit. Not. text. ibi, nec enim patitur. Not.
1 †de ſignificatione huius copule, ⁊, que implicat. Nam ſi dico, ⁊, me videor implicare, quod non eſt ſolum te.

§. Siquis liber. Gloſſ. ponit caſum. no. hic. ꝙ ſiue principaliter, ſiue incidẽter veniat examinando queſtio ſtatus, debet differri in tempus pubertatis, non ſolum queſtio ſtatus, ſed ea etiam, in quam incidit, ſi ſine hoc incidenti, queſtio ſtatus non poteſt terminari. ¶ Op. ȷ̄. ead. l. §. miſſum. Solu. dicit gl. hic pupillus conueniebatur: ibi agebat tantum. Uel aliter, vt dicam in d. §. miſſum. Item contra. C. de ord. iud. l. j. Solue vt ibi. ⁊ dicam ſtatim in d. §. miſſum.

1 ☞ Miſſio in poſſeſſionem ex Carboniano qualis ſit, ⁊ an fiat in nominibus debitorum.
2 Exceptio de iure tertii, opponitur, quando eſt in totum excluſiua iuris agentis.

§. Cum extaret Et ſi propter debita particularia q. ſtatus infertur impuberi, differtur in tempus pubertatis. hoc dicit. Not. quod dixi in
1 caſu. Quero, †quid operabitur hoc Carbonianum edictum. Dicit gloſſa vt fiat miſſio: ſed qualis miſſio poteſt fieri, poteſt ne fieri in nomina debitorũ? Nos poſſumus reſpondere, prout reſpondet gloſſ. in l. a diuo. §. ſi ſuper rebus. ȷ̄. de re iudi. ⁊ l. j. C. de preto. pi. Sed melius diceret, ꝙ hic habet locum Carbonianũ edictum hoc modo, ꝙ huic pupillo ſatiſdanti ſoluatur prout dicam plene ȷ̄. eod. l. pe. Item habet locum quo ad aliud, vt queſtio ſtatus dif
2 feratur. Item no. †quod hic poteſt opponi de iure tertii: ⁊ hoc ideo, q2 ius tertii eſt totaliter excluſiuum iuris agentis. quod dic vt dixi plene. ȷ̄. de except. rei iudic. l. ij. ⁊ Cyn. dicit in l. cũ ſeruum. C. de ſer fugi.

1 ☞ Poſſidens poteſt petere ſibi poſſeſſionem confirmari, ⁊ in ea tueri.
2 Poſſeſſorio agens petit ſe mitti in poſſeſſionem, ⁊ poſitus in ea ſe tueri.
3 Pupillus ſiue agat, ſiue conueniatur, quando habeat Carbo.
4 Qualiter cognoſcatur, an quis agat vt bonorum poſſeſſor Carbonianam an directam intentet.
5 Actione in factum ex Carbo. edicto agit quis, vt conſtituatur poſſeſſor.

§. Miſſum. Hic eſt optimus §. ⁊ breuiter. h. d. Miſſum in poſſeſſionem ex hoc edicto pretor tuetur: non tamen miſſus ex Carboniano poſſeſſor poteſt hereditatem vel res ſingulas vendicare. niſi velit de filiatione plene docere. h. d. ¶ Hic innuitur, ꝙ miſſus in poſſeſſionem ex Carboniano non poſſidet, niſi interponatur ſecũdum decretum, ex quo poſſeſſor efficiatur. Contra ſ. eo. l. j. in princ. ⁊ ȷ̄. eod. l. pe. ⁊ ſ. de inoffi. teſt. l. qui de in officioſo. Dicit. glo. hic debet intelligi poſſeſſorem conſtituere, hoc eſt miſſum in poſſeſſionem tueri, non ꝙ de nouo
1 det poſſeſſionem, ⁊ eſt ſatis bona. ⁊ tene menti. Ex qua †habes, ꝙ ſicut peto me mitti in poſſeſſionem, ſi non poſſideo: ita ſi poſſideo
a poſſum petere[a] mihi poſſeſſionem cõfirmari, ⁊ in ea tueri. Et pro hoc eſt caſus ſecundum veram lec. C. eo. l. j. ⁊ ibi Cyn. ⁊ Odof. Et pro hoc quod habuiſtis ſ. de contra tab. l. iij. §. ſi ſub ea. ⁊ ȷ̄. tit. j. l. ij. §. ſub conditione. Et pro hoc ſupra, qd̄ met. cau. l. fin. ¶ Itẽ tene menti ad aliud, ꝙ qui agit poſſeſſorio, petit ſe mitti in poſſeſſionem, ⁊ poſitus in ea petit in ſe tueri, vt hac gl. ⁊ ȷ̄. ne vis fiat ei. l. j. §. j. ⁊ l. ſi quis miſſus. ⁊ ſic habetis vnam lectu. Cõtra hanc lectu. opp. quia non eſt verum ꝙ ex primo decreto efficiatur poſſeſſor, niſi interponatur ſecundum, l. ſi finita. §. Julianus. ȷ̄. de dam. inſec. ⁊ l. iij. in fi. de acquiren. poſſ. Sol. Ibi quando poſſeſſio datur alicui propter aduerſarii contumaciam, ⁊ ideo expectatur primum, ⁊ ſecũdum decretum antequam poſſeſſor efficiatur: ſed hic non datur poſſeſſio propter contumaciam aduerſarii, ſed propter fauorem petẽtis, ⁊ ideo nõ expectatur primum ⁊ ſecundũ. ¶ Item opp. de eo. quod dicitur de ventre in poſſeſſionem miſſo. qui non poſſidet, l. j. ff. quib. ex cau. in poſſeſſ. eat. Solu. aliud in filio, qui mittitur ex Carboniano, aliud in ventre. Et eſt ratio, quia tex. in Carboniano edicto dicit, datur poſſeſſio, vt ſ. eo. l. j. ſed tex. in materia de ventre in poſſeſſionem mittendo dicit, mittitur in poſſeſſionem, que verba ſignant ſolum detentionem. Et poteſt eſſe alia ratio quia poſſeſſio, que datur ventri eſt minori tempore duratura. Item quia datur propter partum non ipſi partui, ideo non tantum ei fauetur. Sed prima non mihi placet, licet ſit perſuaſiua. ¶ Item procedo, dicitur hic in ſecundo reſponſo miſſum in poſſeſſionem ex Carboniano nititur pretor in poſſeſſione tueri, ⁊c. Oppon. quod ſiue conueniatur, ſiue petatur, habeat locum Carbonianum, vt ſ. ea. l. §. parui. Gl. dicit, dic vt ibi, ⁊ ibi dicit ꝙ agebat poſſeſſorio, non petitorio. Hec ſolu. non placet, quia tex. ibi dicit, ſimpliciter, ſiue agatur ſiue conueniat, nec dicit quo
2 modo, ⁊ idem. ſ. eo. l. j. in princip. Unde mihi †videtur dicendũ ſic. Quandoque pupillus agit antequam ſibi ſit mota queſtio ſtatus, ⁊ antequam ſit petita Carboniana poſſeſſio, ⁊ in iſto iudicio opponitur ſibi queſtio ſtatus, tunc pupillus omiſſa prima actiõe poteſt petere Carbonianam bonorum poſſeſſionẽ ex hoc edicto, ⁊ non refert ſiue agebat, ſiue cõueniebatur, ⁊ ſiue agebat petitorio, ſiue poſſeſſorio, vt legibus contrariis. Quandoqȝ poſt petitã ⁊ habitam poſſeſſionẽ totaliter agit, ⁊ ſic poſt motam queſtionẽ pupillus vult agere, tunc habet locum diſtinctio huius §. ¶ Itẽ opp. ȷ̄. eo. l. pe. vbi etiam miſſus videtur ꝙ poſſit agere. Dicit glo. ſolu. vt ibi. Breuiter veritas eſt iſta, hic pupillus agebat contra principalem aduerſarium, qui ſe dicebat heredem, ⁊ ideo adhibetur diſtinctio que dicitur hic: ſed in lege contraria agebat contra alios debitores hereditarios, ideo diſtinguitur vt ibi dicit. ſolu. tangitur ibi, ⁊ l. j. C. eo. ⁊ ibi docto. tangunt. Item opponitur hic, qd̄ poteſt opponi iſta exceptio, ne preiudicium fiat petitioni hereditatis mõuende. Contra C. de peti. here. l. fin. Dicunt quidam hanc per illam corrigi. non eſt vera. Sed dic, qd̄ lex contraria loquitur in herede, ſeu poſſeſſore cõuento. hic loquitur in agente: ⁊ eſt bona ſolu. quam tenet glo. in l. ſi bone fidei. ſ. de peti. here. vel aliter, ibi loquitur quando erat contentio inter eum qui ſe heredem dicebat, ⁊ alios legatarios. vel creditores, ſȝ hic erat contentio inter eos, qui ſe heredes adinuicẽ dicebãt, ⁊ eſt bona, ⁊ probatur in l. non diſtinguemus. §. ſi quis. ſ. de arbi. dixi plene ȷ̄. de excep. l. ſi poſt litem. ¶ Itẽ opp. C. de ord. iu. l. j. Solue vt ibi.
3 ¶ Quero, †que eſt differentia, vtrum agat vt bonorum poſſeſſor Carbonianus: an intentet directas actiones, ⁊ quomodo cognoſcam? Dicit gl. quando aget vt bono. poſſeſſor Carbo. aget iſto modo, q2 ſicut in aliis bono. poſſeſſio. decreta ſibi bonor. poſſeſſione, ei competit bonorum poſſeſſoria hereditatis petitio. l. j. ⁊ ij. ſ. de poſſeſ. here. pet. ⁊ habuiſtis de bon. poſſeſſio. l. iij. §. bonorum. ita impubes, decreta bono. poſſeſſione, Carbo. volebat agere vt heres: ⁊ hoc probat ſolum, q2 erat de mente Carb. poſſeſſio, ⁊ credebat, ꝙ illa cognitio ſummaria que inducebat preſumptionẽ ſufficientem ad Carbo. poſſeſſio. ſ. ea. l. §. cauſe. ſufficeret in hac bonorum poſſeſſoria heredi. pet. qd̄ non poteſt, vt hic. Sed ſi vult agere directa, vt diſcutiatur vtrum ſit inter liberos vel non, hoc poteſt

⁊ ita

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

4 ꝛ ita habetis intellectum huius §. ¶ Quero, †quid ſi innouetur controuerſia de ipſius defuncti ſtatu, non ipſius filij, an debet differri per Carbonia. Videtur quod ſic, ſ.eo.l.j. §.ſed ꝛ ſi quis. In contrariũ videtur, C.de peti.heredi.l.liber. Sol. Ibi propter queſtionem ſtatus defuncti vertitur in dubium ſtatus filij, vt qꝛ defunctus dicatur ſeruus, ꝛ ſic filius non poteſt eſſe liber, ꝛ tunc differtur, vt dicta lege prima §.ſed ꝛ ſi quis.ſ.eod. aut non vertitur, vt qꝛ fuit inſtitutus heres ab extraneo, Sed ſi propter queſtionem ſtatus ipſius filij, vt quia fuit inſtitutus heres ab extraneo, ꝛ tunc non differtur dicta, l.liberti. Alij legunt hunc §.alio modo, dicentes quod in princip. fuit miſſus in poſſeſſionem ſolo verbo, quem pretoꝛ ſtudet conſtituere poſſeſſoꝛẽ re ipſa, ita dicũt ipſi vt ceſſent cõtraria predicta. Et poteſt eſſe in ſe ſatis bona, vt exponamus miſſum, id eſt mitti iuſſum, quia ex ſolo iuſſu nõ conſtituitur quis poſſeſſoꝛ, l.non eſt.de pigno.actio. ꝛ l.cum heredes.

5 ſ.de acqui. poſſeſſio. ¶ Sed tunc quero, †qua actione petatur quod quis conſtituatur poſſeſſoꝛ? Dicit gloſ. actione in factum que deſcendit ex quolibet edicto pretoꝛis, l.pen. §. cum pretoꝛ. j. ne vis fiat ei. Iſtud videtur mirum, cum bono.poſſeſſio petatur officio iudicis, l.iij. §.ſi cauſa.ſ.de bo.poſſ. Dicunt quidam, quod iſta queſtio.glo.referatur ſolum ad caſum ſ.proxi. quando quis ſolum eſt mitti iuſſus, tunc petitur actione in factum, vt iſte iuſſus executioni mandetur. Sed licet hoc poſſet fieri, tamen tutius eſt quod fiat miſſio manu militari, l.ſi quis miſſus. j. ne vis fi.ei. Quare dic, quod iſta queſtio referatur ad totum §.ꝛ totum tit. ꝛ bene dicit, quod cogatur actione in factum. Non obſtat quod no.in l.iij.§. ſi cauſa, quia illud in bono. poſſeſſio. que tribuunt, per quas nullum aduerſario fit preiudiciũ, nec requiritur quod citatio fiat, vt ibi dixi: ſed hic loquitur in poſſeſſione que eſt facti, ꝛ habet certum aduerſarium, ꝛ requiritur cognitio, proꝛut dixi ſ.ead.l.§.cauſe, ꝛ §.due. ꝛ ideo actione in factum non iudicis offi

6 cio explicatur. ¶ †Quero, quando hec actio in factum intentatur, quid veniat in ea? Dicit gloſſ. quod coꝛpoꝛalia tantum. allega. l.ij. j. quoꝛum bono. vel melius etiam incoꝛpoꝛalia veniunt quandoqꝫ, vt ſi agitur contra aliquem debitoꝛem. vt habuiſtis. ſ. proxi. §. ꝛ ſic iſta poſſeſſio habet aliquid vltra quam interdictum, quoꝛum bonoꝛum.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Poſſum petere. Si poſſideo poſſum tamen petere poſſeſſionem confirmari. Adde Bar. in l.de pupillo.§.qui opus per glo.ibi, de ope.noui nun. ꝛ plene per Moder. in §.quadrupli. Inſtit.de actio. ꝛ Bartol. ꝛ Bald. in d.l.j.C.eod. ꝛ vide Bartol. in l. non tantum.§.ſi ſub ea.ſ. de contra tabu. ꝛ Bald. in l.j.C.eo. qui ſe limitat in l.j.C.de edicto Diui Adri.tollen.

§. Hec autem. Et per hoc opoꝛtebit petere filium bonoꝛum poſſeſ.oꝛdinariam. Cõtra. j.eo.l.ſi impubes.§.ſi. Gloſſ. ſoluit, cogebatur, ſi vellet intentare actionem, alias ſecus. ꝛ ideo dicit gl. hic in verb.oꝛdinariam. ideo dicit, opoꝛtebit, ſcilicet, in futurum, ſi vellet intentare actionem: ſed nunc in Carbo. non opoꝛtet. ꝛ idem no.C.eo.l.j.in fi.vlti. gloſ. ꝛ eſt ſatis bona, vt dicam. j.eo.l.ſi impubes. in fi. ꝛ tangam j.l.proxi. Vel dic, ꝙ iſte tex. vult dicere, ꝙ ſi pupillus non poſſidet hereditatem paternam, ad hoc vt perueniat ad bonoꝛum poſ. Carbonia. habet primo intentare bonoꝛum poſſeſſionem oꝛdinariam, vt ſic aduerſarij moueant queſtionem ſtatus, vt ſic mota queſtione ſtatus perueniat ad bonoꝛum poſſeſſionem Carbonianam, ad quam non poteſt perueniri, niſi primo moueatur queſtio ſtatus, vt ſ.proxi.§.dixi.ſ ea.l.§.ſi duo. ꝛ ita poteſt intelligi hic.

LEX IIII.

Ideo. Dicitur hic, ex prima parte edicti, quero, que eſt prima pars edicti. Dicũt quidam, contra tabu. que precedit ſecũdum tabu. Non eſt verum: quare dic, primam partem edicti vocat bo.poſ.oꝛdinariam, ſequentem vocat Carbonianã, que eſt extraoꝛdinaria. Opp.ſ.eod.l.iij.§.miſſum. vbi actionem nõ poteſt intentare. Dicit gloſ. etiam intentabit actionem in factum, ꝛ ſic aget poſſeſſorio tantum. Vel dic, vtetur omnibus actionibus quando erit pubes, ꝛ liquebit eum heredem eſſe. Tu dic, ꝙ miſſus ex Carboniana actione, contra principalem aduerſarium non poteſt intentare, niſi ſecundum diſtinctionem quam vidiſtis in d.§. miſſum. ſed contra alios debitoꝛes poteſt intentare ſecundum diſtinctionem, quam dicam j.eo.l.pe. Opp.ſ.eod.l.iij.§.pe. vbi dicitur, ꝙ vt poſſit actionem intentare, opoꝛtet petere bo.poſ.oꝛdinariam: ſed hic non poſſet petere oꝛdinariam, quia eſt excluſus ab ea, vt hic dicitur, igitur actionem intentare nunquam poterit. Poſſumus dicere, ꝙ licet ſit excluſus a poſſeſſione oꝛdinaria, tenebat tamẽ ius adeundi de iure ciuili, ideo actionem intentabat, ꝛ hoc patet ex gloſſ. que dicit, ꝙ liquebat eum heredem, non dicit bo.poſ. Vel dicamus, ꝙ agnoſcet bo.poſ. omiſſam per reſtitutionẽ in integrum, l.j.C.ſi vt omiſ.her.vel bo.poſ. Vel poſſum dicere, ꝙ in d.§.pe. debeamus legere aliter quam gloſſ. ibi dicat, quaſi illa lect. ſit con

a tra iſtum text. ꝛ legamus alio modo. vt ibi dixi[a].

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ibi dixi. Supliciũ differtur propter partum ꝛ propter mulierem lactantem. ꝛ facit quod habetur in l. ij. §.ſi non propter. ſi quis cau. ꝛ ibi docto.

LEX V.

Sed ꝛ ſiis. Hic incipit exponere tertium caput edicti de ſatiſdatione.

1 ☞ Supplicium matris differtur propter partum, item in matre lactante puerum, donec nutrix reperiatur.

1 §. An autem. Iſte §. facit in ar. †ad q. vos habetis in l.pregnantis. de penis. ꝛ ſ.de ſta.ho. l.Imperatoꝛ. ꝙ ſupplicium matris differtur propter partũ: quero quid de matre lactante puerum cum alia nutrix non reperitur, certe eadem eſt ratio, ꝙ donec non reperitur alia, ſupplicium differatur, per hunc text. ꝛ ſic dicunt doct, maxime Oldra.

LEX VI.

1 ☞ Carb.edict. quare non habet locum in bonis maternis.

2 Carboniano edicto an queſtio ſtatus differatur.

1 De bonis. Quero, †que eſt ratio ꝙ in bonis maternis non habet locum edictum Carbonianum? Reſpon. quia hoc edictũ eſt introductũ ad ſimilitudinẽ edicti de bo. poſ. cõtra tab. l.j.§.j.ſ.eo. ſed in teſtamẽtis feminarũ bo.poſ. contra tab. nõ habet locum, l.illud.§.ad teſtamenta.ſ.de contra ta. ergo nec Carb.

2 Item dicitur†, ꝙ differt queſtio ſtatus. ſed an differatur per hoc edictum? Dicit gl. ꝙ non. ſed ex cõſtitutione, vel interpretatione Iuriſconſultoꝛũ, vt hic, ꝛ ſ.eo.l.iij. §.quamuis. Et ideo iſto caſu iſta dilatio poſſet prodeſſe in bonis maternis, ꝛ haberet vim Car. vt ſi poſſidet filius ꝛ alius ageret cõtra eũ, dicẽs, eum non filium, tunc q. differtur, ꝛ interim remanet in poſſeſſione, ſicut in Carb. l. iij.§.amiſſum.ſ.eod. ¶ Itẽ quero dicit hic, ſi ſit q. ſimul de bonis paternis, ꝛ maternis, ꝛ fraternis: quero, vtrũ habeat locum miſſio ex hoc edicto. ꝛ videt ꝙ ſic, arg. j.eo.l.ſi impubes.§. ſi pupillus. Contrarium tenet gl. ꝙ omiſſio non habet locũ niſi in paternis. ꝛ ad legem contrariam reſponde vt in gl. quod no.

§. Ita demum. In tex.ibi, explicandũ erit. hoc eſt verũ ex hoc edicto: ſed ex conſtitutione queſtio differtur, vt ſ.proxime. ꝛ in l.iij.§.quamuis.ſ.eo.tit. vel hoc expediebat pupillo.

§. Qui pupillo. No.tex.ibi, hec enĩ poſ. pro ſatiſdatione cedit. habes hic, qδ miſſio in poſſeſſionem habet vim cautionis. Simile in l.ſi finita.§.eleganter ꝛ §.ſequen. j.de dam.infecto.

1 ☞ Alimẽta qui debet habere qñ debeat habere expenſas ſtudij.

1 §. Non ſolum. No.tex.ibi, in ſtudia, ꝛc. No. †ꝙ ille, qui debet habere alimẽta, debet habere etiã expenſas in ſtudio. ſimile ſ.vbi pu.edu. de l.qui filiũ. contrarium habuiſtis.ſ.de ali. ꝛ ci.le.l.legatis. Ego reſpõdi ibi, aliud cum debentur ex diſpoſitione teſtatoꝛis, aliud cũ ex diſpoſitione legis. Dices tu, ꝙ hic §.facit cõtra id qδ dixi.ſ.de colla.bo.l.j.§. ne caſtrẽſe. Dixi, ꝙ pater non tenetur impẽdere in ſtudio filij. Sꝫ reſpondeo, tex. iſte hoc declarat, ꝙ hic loquitur in ſtudijs neceſſarijs, ſine quibus homo ſecundũ conſuetudinem, ꝛ conditionẽ ſue perſone, viuere non poteſt, vt addiſcat grammaticam, ꝛ ſimilia, ꝛ tunc dicitur impenſa neceſſaria, vt hic: ſed ſecus in ſtudijs, in quibus homines dicuntur militare, ꝛ ſine quibus quis põt honeſte viuere ſecundũ conditionem ſue perſone, quo caſu dic vt ibi dixi.

§. Poſt pubertatem. Eſt hic bonus caſus, ꝛ ponit optimam practicam ꝛ habes hic ꝙ de petitoꝛe fit reus, ſi vult ſatiſdare etiã poſt pubertatem. Sed quid ſi neuter vult ſatiſdare? Dicit glo. rñdeo, ex his que no.ſ.eo.l.ſed ꝛ ſi is.§.quoties. ꝛ §.cum aũt. vbi dicitur ꝙ poſſeſſio debebit dari cuidam curatoꝛi bonoꝛũ, ꝛ apud illum ſequeſtrabitur. Ad qδ facit l. poſtquã.§. Imperatoꝛ. vt leg. nomi. caue. ſed in poſſeſſione data curatoꝛi bonoꝛũ, quis ſuſtinebit partes actoꝛis? Reſpon. ille, qui ab initio ſuſtinebat antequam daretur Carbo.bono.poſſeſ. arg.l.ſi oleum. in princ.ſ.de dolo. ꝛ dixi in l.intereſſe. j.de acqui.poſſ.

LEX VII.

Si impubes. Circa princ. dicit, ſimile Carboniano. Dicit gl. quare dicit ſimile Carboniano. ꝛ non rñdet. Tu dic, Carbonianum edictũ principaliter videtur inductũ propter liberos legitimos, ꝛ naturales, ꝛ ideo cum loquitur de filijs adeptis

nis,non videtur ꝙ proprie hoc edictum habeat locum.Hoc non placet,quia cum hoc edictum ſit inductum ad ſimilitudinem bo. poſ.contra tab.vt s̃.eo.l.j.§.j.⁊ illud in adoptiuis habet locum, ergo ⁊ iſtud habebit locum.Sed quare hic dicit ſimile?Reſpon. quia hoc olim proponebatur cum quadam ſolennita. que hodie ceſſat,⁊ ſic habet locum Carbonianum, ad ſimilitudinem antique ſolẽnitatis, cum qua Carbonianũ proponebatur, vt habuiſtis no.s̃.eo.l.ideo.⁊ s̃.de vent.inſpi.l. edictum. ¶ Item dicitur hic,locus erit Carbouiano edicto. Contra,imo non habebit locum Carbonianum,quia conſtat eum filium,vt j̃.l.proxi. Solu. intellige hic de Carboniano vtili,non de directo,vt ibi.

§. Cum vero. Querit gloſ.hic ſuper verb.de iure. quid eſt hoc quod dicit,de iure teſtamenti,⁊ non reſpondet. Sed dico quod in querela inofficioſi teſtamenti, non fit queſtio an ſit filius, ſed an valeat teſtamentum vel non,⁊ ſic an excludatur a bonis.eſt ergo queſtio de bonis tãtum,⁊ non de ſtatu,ideo nõ debet differri, ⁊ ita hic loquitur hic §.pone quod filius agens querela negatur filius, quid erit fiendum?Reſp.non poterit fieri miſſio in poſ.ex Carb. ſed ex conſtitutione,qua queſtio ſtatus differretur:⁊ ſi iſte obtinebit in querela,poſito ꝙ nõ ſit filius,habebit neceſſe petere hereditatem ab inteſtato,⁊ tunc ſi opponetur ſibi q.ſtatus habebit locum Carbo.ſic debet intelligi hic ⁊ l.qui de inofficioſo.s̃.de inoffi.teſta.

§. Si mater. Contra s̃.eod.l.j.in fi.Reſpon.hic agebatur contra matrem tantum:ibi vero contra matrem,⁊ filium,vt ibi dixi. Item opp.s̃.eo.l.iij.§.ibidem. Solu. Debetis ponere hic matrem eſſe maiorem.xxv.ann. ſecus ſi ſit minor,vt in contrario,quia eſt veriſimilius maiorem diligentius cauſam defendere, quam ſi eſſet minor. Item ſecus ſi mater eſſet grauida,vt dixi ibi plene.s̃.eod.l.j.in fin. ⁊ vide gloſſ.que incipit,imo nunquam,⁊c.⁊ ipſam ſigna.

§. Quoties. Ad primum dictum opp. ꝙ contradicat ſibiipſi, qꝛ dicit, cum interponitur Carbo.perinde eſt,ac ſi non eſſet controuerſia ſtatus. Sed tunc contra,quia ſi non eſſet controuerſia,non habet locum Carbo.Glo. ſoluit. Item oppo.quod ſufficiat ꝙ vnus pro parte defendat, l.ſi quis putans.§.ſi damni.s̃.communi diui.dicit gl.hoc ideo, quia perſona defuncti inſpicitur,cum qua eſt controuerſia,l.apud Iulianum.ex qui.cau.in poſ.ea.ibi quaſi cum eo contractum,⁊c.⁊ l. j.§.fi.⁊ l.ne in plures.de exerci.⁊ l.ſi cũ vno.s̃.ſi ex noxa.cauſa aga. ⁊ l.ſi noxali.§.fi.s̃.de pecu.Hec ſolu.nihil ad propoſitum,quia in actis diuiduis ſufficit quẽlibet heredem defendere pro parte ſua l.iam tamen.§.pe.j̃.iudi.ſol. Ad hoc facit l.ij.§.fina.j̃.de pret.ſtip. Item facit l.heredes.§.an ea.fami.ercíſ.ſed leges allegate in gl. loquuntur in alijs caſibus. Quare dic ꝙ in caſu noſtro ratio eſt, quia miſſi in poſſeſſionem defendunt tanquam curatores bonorum,vt s̃.eod.l.ſed ⁊ ſi is.§.j.⁊ videbitis j̃.eo.l.pe.⁊ vlti. Sed ſicut curatores bonorum debent in ſolidum defendere, l. vlti.de cura. bo.dan.⁊ ita iſti debent inſolidum defendere.

§. Interdum. Dicitur hic, ꝙ ſi non petijt contra tab.ſed vnde liberi,⁊c. Glo.oppo.⁊ ſoluit.tene primam ſolutionem datam in ea.

§. Si pupillus. Uides hic quando fit contentio de bonis liberti ⁊ patris ſimul.⁊ ſemel,queſtio ſtatus differtur.Et eſt ratio,quia vna contentio ſequitur ad aliam,l.j.in princi.

1 ☞ Filius preteritus, qui tacuit per annum,an faciat reconualeſcere teſtamentum de iure pretorio.

a **§. Queſitum.** [a] Hic eſt no.§.⁊ difficilis,⁊ de ipſo feci magnum feſtum. Ad primum caſum opp.ſi non fuit filius,ergo non debuit dari Carbo. vt s̃.eo.l. iij.§.cauſe.Sol.Hic fuit modica preſumptio pro eo,ita ꝙ fuit data Carboniana licet in veritate non fuit filius:ſed tũc quomodo dabitur ſecũdum tabu.cum interim habeatur pro filio propter illam modicam preſumptionem,⁊ habetur pro filio,ac ſi nulla cõtrouerſia fuerit,vt s̃.ea.l.§.quoties.⁊ queſtio ſtatus differt?Reſ. ſecundum iura hodierna, ſecundum que ſufficit ſola agnitio,eſſet expeditum:quia in Carbo. non queritur an ſit filius,l.vlti. C.qui

* admit.*ad bo.poſ.ſecundum tempora. Digeſtorum eſt dicẽdum idem,ꝙ quando fuit data ſecundum tabu. non fuit queſitum an ille filius eſſet preteritus vel non,quia non fuerat data in forma iudicij,l.iij.§.acquirere.⁊ ibi no.de bo. poſ.⁊ ſic habebit iſtum effectum,quia iſte,qui habuit bo.poſ.ſecundum tab.aget bo.poſ.here.pe.poſt tempus pubertatis ex vigore illius bon poſ.habite intra tempus pupillaris etatis.quam bo.poſ. hodie cõſtat habuiſſe effectum,cum conſtat illum pupillum in veritate filium nõ fuiſſe. ¶ Uenio ad ſecundum caſum,ſi filius non petit cõtra tab. tũc datur ſecundum tabu. Contra hoc oppo.ſi filius non petit contra tab.ergo poſſ. Carboni.non proderit, qꝛ actionem intentare non poterit,niſi ordinariam bo.poſ.agnoſcat,l.iij.§.pe,⁊ fi. s̃.eo. Sed cum impoſſibile ſit,ꝙ ordinariam agnoſcat, qꝛ excluſus ab ea:ergo,⁊c.cum conſtet illum filium, qui eſt excluſus a cõtra tab. non poſſe habere bo.poſ.poſito ꝙ quis eum filiũ cõfiteatur:ergo Carboniana non debebit dari,vt j̃.eo.l.eum ſine. ⁊ s̃.de inoffi. teſta.l.qui de inofficio. Sol.dic,vt s̃.eo.in l.ideo. Nam licet filius ſit excluſus a contra tab.tamen poteſt ad eas reuerti per reſtitutionem in integrum.Ita ſentit gl.hic in tertio caſu. Nam ſi deficeret omnis ſpecies, deficeret Carbo. ¶ Uenio ad tertium caſum, in quo habes,ꝙ fuit preteritus filius ſuus,ideo cum dicendo nullũ poſſet venire per vnde liberi,⁊ ſtetit anno ꝙ non petijt, vnde liberi:ex hoc ſcriptus heres poteſt petere ſecũdum tab,quia ille preteritus tacendo per annum videtur approbare teſtamentum.l.filio preterito.s̃.de iniuſto teſta.⁊ ipſe pupillus poteſt petere Carbo,ſi eſt intra annum a tempore quo eſt ſibi mota queſtio ſtatus,

1 vt s̃.eo.l.iij.in fi.Nota† hic caſum[b] expreſſum contra Ultramon-

b tanos, qui dicunt ad hoc vt teſtamentum reconualeſcat de iure pretorio, requiritur approbatio filij. Ego dico, ꝙ taciturnitas per annum,videtur teſtamentum confirmare, vt poſſit peti ſecũdum tab.vt hic:quod tene mẽti.⁊ hoc not. qꝛ habet locum etiam in petitione hereditatis:quod eſt contra dicta Ultramontanorum,in l.ij.C.de poſthu.here.inſtit.dixi in d.l. filio preterito.s̃.de iniuſto teſta. ¶ Hoc premiſſo,ſi filius eſſet excluſus,ſequitur ꝙ ſi quis confitetur eum filium,cum ad ſucceſſionem venire nõ poſſet,ſibi non debet dari Carb.vt j̃.eo.l.eum ſine.Reſpõ.poteſt venire ad ſucceſſionem per reſtitutionem in integrum.Et hoc dicit hec gl.ibi,licet filius poſſet reſtitui.Ex quo ſequitur quod maior qui non poſſet reſtitui,tacendo, videtur teſtamentum approbare taliter,ꝙ poſt non poſſet dicere nullum:qđ tene menti. ¶ Q ꝙ ex teſtamento,quod eſt nullum,non poſſit adiri hereditas bo.poſ.ſecundum tabu.peti,vt j̃.titu.j.l.hi demũ.⁊ s̃.de bo.poſ. non eſt.§.vbicunqꝫ.Solu.Hic filius non dixit nullũ:ſecus ſi dixiſſet. ¶ Item dicitur hic,quod habet locum Carbo.poſ.ſecũdum tabu.contra,Carbo.datur ad ſimilitudinem bo.poſ. contra tab. vt l.j.§.j.s̃.eod.ſed contra tabu.⁊ ſecundum tabu.non concurrũt, j̃.tit.j.l.ij.§.expectandi.Gl.ſol.Tu dic clarius,Carbo.bo.poſ.eſt inducta ad ſimilitudinem bo.poſ.contra tab.hoc eſt vt illis competat Carb.quibus competeret contra tab.ſi eſſent preteriti:ſed bene poſſunt reperiri caſus,in quibus competeret Carbo.bono. poſ.non tamen competeret contra tabu.⁊ ita hic. Item eſt differentia inter Carb.⁊ contra tabu.quia vna tribuit ius,alia non.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Queſitum. Declara vt per Bal.in l.fi.in verſ.ſed hic queritur in bono.poſſ.que tribuit.C.vnde legi.

* CLAV. DE SEISS. ¶ L.vlti.C.qui admit.Contrarium,ſcilicet quod illa lex vltima,non habeat locum in bonorum poſſeſ. Carbon.⁊ alijs que ſunt facti,tenent Bald.Franc.Tigri.Paul. de Ca.⁊ Alexan.in d.l.vltim.licet de Barto.hic non faciant mentionem.

b ALEX. ¶ Nota hic caſum. An ad hoc vt teſtamentum reconualeſcat de iure pretorio , requiratur approbatio filij, expreſſe Bald.in hoc tenet contrarium in l.fin.C.vnde legi.⁊ in l.ij.de cõtra tabu.⁊ in l.j.C.de ſuis ⁊ leg.videlicet quod ius dicendi nullũ non tollatur anno,⁊ omnes communiter contra Barto.in d.l.filio preterito.

LEX VIII.

Deceſſit. Not.hic quando cõſtat aliquẽ inter liberos,dubitatur tamen de qua qualitate.ſcilicet,an ſit in poteſtate,vel non,tunc habet locum Carbon. poſſeſſio ex ſententia, non ex verbis.

LEX X.

Cum mulier. Dicitur hic,ꝙ vẽtri datur bono.poſſeſ.ex Carbo.Contra.s̃. de ven.in poſ.mit.l.j.in prin.So.expone,ex Carb.id eſt, ex edicto de ven.in poſ.mit. Item dicitur in verſi.ne aut.ꝙ mater non aufert pupillo ius ordinarium.Contra,imo etiam nec extraordinarium aufert,vt s̃.eod.l.j.§.fi.⁊ l.iij.§.pen,s̃.de iureiur.Sol. Concedo quod pupillo non aufertur nec ordinarium, nec extraordinarium: ſed matri bene preiudicat,quando petit ſe mitti in poſſeſſionẽ nomine ventris,licet contra no.s̃.de vent.in poſ.mit. l.j.§.ſi cui.dic vt ibi.

LEX XI.

a **Cum ſine.** [a] Dicitur hic, ꝙ exheredatus non habet Carbo.qꝛ ſi aliquis confiteretur eum filium,non admitteretur.Contra s̃. eod.l.ſi impubes.in fi.vbi conſtat quem eſſe excluſum ab illo iure,⁊ ſic ſi aliquis confiteretur eum filium, non admitteretur, ⁊ tamen habet Carbo,Sol. Ibi poteſt admitti per reſtitutionem in integrum,⁊ ſic

ſic de iure pretorio. Nam per Carb. pretor ſibi ſubuenit: ſed hic
nō poteſt admitti, niſi per querelam, ꝛ ſic de iure ciuili, vnde pre-
tor non ſubuenit ſibi, niſi prius intentata querela. ¶ Ultimo hic
nota. ꝙ intereſt mea pronunciari me fratrem propter heredita-
tem fratris, ꝛ ſic not. ad id quod dixi de actionibus preiudiciali-
bus, quia poſſum me petere pronunciari fratrem, vt dixi ſ. de
vent. in poſ. mitten. l. vbicunqȝ. §. j.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cum ſine. Limita vt per Bal. in l. j. C. eod.

LEX XII.

Scriptus. Nota caſum, in quo hereditas non adita tranſmittitur: quod dic plene in l. ventre. de acquiren. here

LEX XIII.

Titia. Dic plene de materia huius legis, vt ſ. eod. l. prima in fine.

LEX XIIII.

Ueritur. Quero quid in poſſeſſionibus vacātibus? Puto. ꝙ debeat interim mitti in poſſeſſionem, ſi paratus eſt ſatiſdare, vt ſic poſſeſſoris partibus fungeretur, vt ſupra eodem l. ꝙ de bonis. §. fin.

LEX XVI.

1 ☞ Miſſus ex Carboniano an poſſit agere.

Sed ſicuti. Opp. quod miſſus ex Carb. non
poſſit res vendicare, vt ſ. eo. l. iij.
§. miſſum. Dicit gl. quod ibi agebat contra principa-
lem aduerſarium: hic contra alios debitores. ꝛ eſt bo-
na, ꝛ ipſam approbant docto. in l. adite. in iij. opp. C. de ordi. iud.
Uel dicit gl. hic ſatiſdedit, ideo agit contra particulares poſſeſſo-
res, tanquam curator datus bonis, ꝛ eſt vera, ꝛ iſtam opinio. te-
1 net Cyn. C. eodem. l. j. De hoc † an miſſus ex Carbo. poſſit agere,
habetis in l. prima. in principi. ſ. eod. ꝛ l. iij. §. miſſum. ꝛ l. ideo. ꝛ C.
de ordi. iudic. l. prima. in vj. queſtio. ꝛ C. eodem, l. j. ꝛ ſ. de inofficio.
teſtamen. l. qui de inofficioſo. ¶ Et ideo pro declaratione omniū
iſtorum reaſſume. Aut quis incipit agere antequam ſibi ſtatus
queſtio moueretur, ꝛ tunc poſtquam queſtio ſtatus incipit ſibi
moueri, poteſt omiſſa prima queſtione Carb. bon. poſſeſ. petere. ꝛ
quod differatur queſtio ſtatus in tempus pubertatis, non di-
ſtincto, an prius agebat petitorio, vel poſſeſſorio, vt ſ. eod. l. j. in
prin. licet gl. aliter ibi dicat. Ita debet intelligi l. iij. §. parui. ꝛ §.
pen. ſ. eo. ſecundum lect. quam dedi ibi. Aut vult agere poſt pe-
titam bo. poſ. ꝛ tunc aut agit contra principalem aduerſariū aut
contra alios particulares debitores, vel poſſeſſores. Primo caſu
aut agit poſſeſſorio, ꝛ poteſt, vt ſ. eo. l. iij. §. miſſuȝ. ꝛ d. §. parui. ea.
l. ſecundum lect. glo. Aut agit petitorio, ꝛ tunc ſi quidem vult a-
gere tanquam Carbo. poſſeſſor, vt illa ſummaria probatio, que
fuit habita in Carbo. ſibi proſit in hoc iudicio. ꝛ non poteſt. d. l.
iij. §. miſſum. Si vero vult agere directa petitione hereditatis, ꝛ
probare ſe filium, tunc poteſt, dicto §. miſſum. Si vero vult agere
contra alios debitores, ſeu particulares ſucceſſores, tunc aut nō
ſatiſdedit, ꝛ non poteſt, vt hic a contrario ſenſu, ꝛ l. ſed ꝛ ſi is. §. j. ſ.
eo. Aut ſatiſdedit, ꝛ tunc aut vult agere tanquam heres. ꝛ non
poteſt, ne fiat preiudicium petitioni hereditatis, d. §. miſſum. ꝛ l.
ſi quis libertatem. ſ. de pet. here. Aut vult agere tanquam cura-
tor datus bonis ex vigore ſatiſdationis, ꝛ poteſt, vt hic ſecūdum
vnam lect. d. l. ſed ꝛ ſi is. §. j. ꝛ ij. ꝛ iij. ſ. eod.

TITVLVS XI.

De bonorum poſſeſſ. ſecundum tabu.

¶ **Dictum eſt** De bo. poſ. contra tab. verum quia eſt alia bonorum poſſeſſio, que vocatur ſecundum tabu. que non habet locum donec poteſt intentari contra tabu. vt j. eo. l. ij. in prin. ꝛ §. j. ideo poſt titulum de bo. poſ. contra tabu. ſequitur de bo. poſ. ſecundum tabu. Querit gloſ. quare C. primo poſuit bo. poſ. ſecundum tab. ꝛ hic poſt poſuit. Dic vt hic in gloſſ.

LEX I.

1 ☞ Inſtrumentū publicum poteſt ſcribi in chartis de papyro.
2 Inſtrumentum ſcriptum in tabulis de ligno probat.
3 Scripture antique in lapidibus probant, quando fuerunt ſcripte de partium voluntate.

Tabulas. Quero vtrum ſit differentia,
quibus verbis quis vtatur?
Si. ꝙ non. ꝛ bene, l. hac conſultiſſima. in fin. ꝛ l.
a quoniam. C. de teſta. Item dicitur hic, ꝙ non re-
fert in qua materia hoc fiat. Quero quid [a] ſi ſcri-
batur in tabula de ere? Reſpon. ſufficit, etiam ſi
in lapide ſcribatur. Quero, quid ſi in terra ſcribatur? Reſpon. ſi
1 ſigillari poteſt, ſufficit. ¶ Ex hac † lege extra gl. not. ꝙ inſtrumē-
b tum publicum poteſt publicari in chartis de papyro, [b] vt hic,
dum dicit, chartis, quia charte dicūtur de papyro, vt ſ. de leg. iij.
l. librorum. ꝛ extra, de confir. vti. vel inuti. c. cum dilecta. ꝛ in Spe.
de inſtru. edi. §. poſtremo. ver. item quod eſt ſcriptum. Secundo
2 nota, ꝙ † ſi in tabulis de ligno ſcribantur inſtrumenta publica,
eandem fidem portant, ſicut ſi in chartis, ſcriberentur, vt hic, dū
dicit, ſiue linee ſint. Pro hoc ſ. commo. l. in commodato. §. ergo ſi
pupilla. ꝛ hoc ibi tangitur per Guliel. de Cug. ¶ Ultimo ex que-
ſtionibus gloſ. que dicunt, ꝙ poſſunt ſcribi in terra, vel lapidi-
3 bus: facit in arg. † ad queſtionem, ꝙ ſcripturis antiquis factis in
lapidibus debeat cred: ꝛ hoc eſt verum, ſi fuit ſcriptum de par-
tium voluntate. Pro hoc eſt text. ꝛ glo. C. de relig. l. monumento-
rum. in fin. Pro hoc quod not. in Spec. de proba. §. nunc viden-
dum, verſic. ix.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Quero quid. Et vide gloſ. in l. qui tabulas. ff. de fur.
ꝛ ibi Bart. text in c. cum dilecta. de reſcri. ꝛ ibi Abbas.
b ALEX. ¶ De papyro. Circa inſtrumentum publicum in pa-
pyro. facit ad id quod in l. Sempronius proculo. de leg. ij. ꝛ adde
Bar. in l. in commodato. §. ſicut. in fin. commo.

1 ☞ Teſtamenta duo eodem die confecta ſi producuntur, nec apparet de prioritate vel poſterioritate, cui debeat ſtari.
2 Teſtes ſi duo deponunt quod Titius occidit Seium, alij duo quod Sempronius occidit Seium, an ambo punientur.

a **§. Non autem.** [a] Opp. de l. quod dicitur. ſ. de teſt.
mili. vbi ſolus curſus anni irritat
tabulas. Solu. Speciale ibi in milite. Item opp. C. de teſt. l. ſanci
mus. vbi curſus decennij mutat teſtamentum. Sol. Ibi fuit cur-
ſus decennij cum reuocatione facta, licet minus ſolēniter: ſed hic
1 nulla fuit reuocatio. ¶ Querit † gl. [b] quid ſi producūtur duo teſta
b menta eodem die confecta, nec apparet qd prius, ꝛ qd poſterius,
* querit cui debeat ſtari? * Gl. not. hic plene. ꝛ C. de edic. diui. Adr.
t. l. l. fi. ꝛ Rof. ponit quaſi idem ſuper hoc tit. in fi. ſed docto. vidē
tur dicere ſic. Si quidem illa duo teſtamenta fuerunt facta ſub
vna ſigillatione, eſt vnum teſtamentum, ꝛ ambo veniunt ex teſta
mento, vt j. ead. l. §. ſi quis in duobus. ꝛ de tab. exhi. l. locū. §. j. Si
autem ſunt diuerſe ſigillationes, nō tamen apparet que prius, ꝛ
que poſterius, tunc Azo ꝛ Hug. dicunt quod nullus eorū ſit he-
res, quod Dy. tenet qꝛ eſt dubiū de viribus teſtamenti: ergo non
poteſt adiri hereditas, vt l. ſed ꝛ ſi de ſua. ſ. de acqui. heredi. ꝛ hoc
c placet: [c] ſed recipit tres determinationes. Primo ſm Iac. Butr.
vt ſit verum quando neuter poſſidet. ſed ſi alter poſſidet. ille obti
neret, ꝛ actor ſuccumberet. Nam actor debet probare teſtm̄ ſuuȝ
eſſe factum poſterius, quo nō probante ſuccumbit. Pro hoc l. eū
actum. ꝛ quod ibi no. ſ. de neg. geſt. ꝛ l. matrem. C. de prob. ꝛ l. nō
ſolum. §. ſed vt probari. j. de oper. no. nun. Secunda limitatio, qd
predicta ſunt vera, quando inſtituti ſunt paris cōditionis qꝛ nul
lus erat de venientibus ab inteſtato. Si enim in vno eſſent inſtitu
ti extranei, in alio venientes ab inteſtato, tunc debemus preſume
re in dubio pro veniētibus ab inteſtato, arg. ſ. de cōtra tabu. l. ſi
duobus. §. ſi prius. ꝛ l. hac conſultiſſima. § . ſi quis. C. de teſta. Et
pro hoc l. vlti. in fi. C. de codicil. Pro hoc facit vrgens ratio, qꝛ ſi
neutrum illorum teſtamentorum valeret, venientes ab inteſtato
venirent: vnde ſi volunt venire ex teſtamento ſm defuncti volun-
tatem, tutius eſt eos admitti pro conſeruanda defuncti volunta
te. Tertia limitatio eſt, qꝛ predicta ſunt vera in pagano, qui non
pōt decedere pro parte teſtatus, ꝛ pro parte inteſtatus cum duo
bus teſtamentis. l. ſi certarum. ꝛ l. querebatur. ſ. de teſt. mil. ſecus
* ſi eſſet miles, qꝛ poſſet decedere cū pluribus teſtamētis. * ¶ Item
2 faciunt ad † q. ſi duo teſtes deponūt, ꝙ Titius occidit Seium, alij
dicunt, quod Sempronius occidit Seium. Ex predictis pōt ſol-
ui, quod ſi diuerſificant in tēpore, qꝛ duo dicunt. ꝙ Titius occi-
dit de menſe Aprilis, alij ꝙ Sempronius occidit de menſe Maij,
tunc iſti ſunt contrarij. l. j. ſecundū vnam lec. C. qui accu. nō poſ. ꝛ
ſic vel neutri ſtabitur, vel eligentur digniores ſm l. ob carmen. §.
fi. ſ. de teſtib. Si vero nō diuerſificant in tempore, ſed ſimpliciter
duo dicunt, qd Titius occidit Seium, alij duo dicunt, ꝙ Sem-
pronius occidit Seium, tunc cum poſſibile fuerit ꝙ ambo ſimul
occiderunt Seium, ambo punientur. per ea que ſupra dixi.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ §. Non autem. Et de duobus teſtamentis vi-
de Pe. in c. ij. de off. dele. ꝛ qd not. in c. vltima volūtas. xiij. q. ij. Et
inquantum dicit ꝙ preſumitur pro poſſeſſore. vide Bar. in ſimi-
li. in l. qui duos. §. cum in bello. ꝛ in l. ſi inter virum. de reb. dub.
Mod. in l. illa. de verb. obl. gl. in c. nulli. xij. q. v. gl. in c. duobus. de
reſcri. lib. vj. ꝛ ibi Pet. qui tranſit cum Bar. hic, ꝛ vide Lud. Ro
manum. in conſi. ccxxxij.